

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione
praecedentibus duobus Tomis primum additus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agr., 1684

Ad Quæst. XXXXII. Additio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

voto contra informantem non esse per hujusmodi facultatem Priori in fundatione concessam, ademptam facultatem visitandi, tributam Episcopo ex dispositione Consil. Trid. cap. 8. sess. 22. quidquid sit de jure comm. & unus ex Dominis attulit a declarationem Congreg. que ita demum excludit Episcopum, si in fundatione actum sit, ut Episcopus non possit visitare; quod non fuit factum in casu isto, in quo de Episcopo nulla sit mentio, & licet sit concessa visitatio Priori, intelligi tam debet cumulativè, non privativè quoad Episcopum, contra quem debet esse expressa prohibitiō, ut censur Congregatio, & propterea, quæ dicuntur de speciali visitatore deputato, quod faciat cessare generalem ex Doctr. Iacobi de Aret. in l. quod interum §. si quis potest, ff. de leg. primo & seq. ultra quod habet multos conteradicto-
res, & procedit in Praelato regulari, cui speciali jure censeretur concessa jurisdictione pri-
vative. Abb. in C. pastoralis sub num. 6. vers. sed in regularibus aliud puto. Et ibi Felic.
num. 4. de officio ordin. Dixerunt Domini hæc, & alia, quæ de jure comm. allegantur
non esse habenda in consideratione, cum habeamus dispositionem Concilii, quam
debetemus attendere.

Ad Quæst. XXXII. Additio.

Privilegium Eugenianæ constitutionis non solum tribuitur Officialibus quo-
rum nomine, & modo & præcipue veniunt Cardinales, & eorum familiares, &
Praelati Romanae curiæ, sed omnibus curialibus, etiæ Officiales non sint
ut Advocati & Procuratores. Rota coram Buratto, decr. 220. numer. 3. imò etiam o-
mnibus Clericis, qui occasione negotiorum fuorum in Curia commorantur, dum
modo per aliquod tempus notabile in eadem resideant, quod hodie ex consti-
tutione Pauli V. intelligitur. Fagnan. in C. licet, numer. 44. de foro compe. Ridolfi, in
præl. par. 3. cap. 4. numer. 13. & hi omnes Eugenianæ privilegio gaudentes, si in pat-
ribus convenientiatur jus habent revocandi, & Auditor Cameræ facultatem haber in-
hibendi in vim d. constitutionis etiam Judici de partibus, ut legitur in Facultatibus
A. C. ooncessis a Paulo V. consti. 28. §. nec non etiam, Et consti. 71. §. præterea Au-
ditor. & decisio Egidii hic per dictum Auditorem allegata intelligi debet juxta stylum
antiquum, secundum quæm Auditor Cameræ non erat Auditor generalis Papæ,
& ordinarius totius universi, sed tantum Jūdex Curialium, de quo stylo etiam in-
telligitur. Decisio 5. de officio ordin. in antiqu. Gravat. in addit. ad Vestr. lib. 2. cap. 4. num. 10.
Ridolfi, par. 1. cap. 1. num. 13.

I i

Cessat

